

# EPILOGVS

LIBRORVM DE BONITATE

diuina atque conclusio, in qua simul explicatur mystice Psalmus CXXVI.  
pro felici præparatione  
ad mortem.



**I**si dominus ædificauerit domum, inuanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

Ecce quid moneat spiritus dei, ad sublimia nos perducere cupiens, videlicet ad conspectum dei uiuentis & uidentis. Fastigium hoc altum est, videre scilicet omnia uidentem. Ad quod nemo peruenire ualet nisi fuerit bene fundatus, hoc est humiliatus. Monet ergo nos exemplo ædificantium & vigilantium, ut non nostris uiribus, neq; nostris industrijs confidamus, sed ad diuinum auxilium semper recurramus, præcipue in his que excedunt proportionem actiõis naturæ nostræ, ut eit per felicem mortem ad dei conspectum peruenire. Deus enim est principium & prima causa omnium simul, sine cuius actione nihil sit neq; mouetur in uniuersa creatura. Nemo ergo sufficit ædificare domum aut custodire ciuitatem, sine eius cooperatione, & maxime in spirituali ædificatione & custodia. Aedificat domum qui seipsum aperat in habitaculum dei. Quæ domus sumus nos. Dicit enim Petrus: Superædificantes domos spirituales. Eadem

Hebræ. 3  
2, Petri, 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

vero quæ dicitur domus, dum ædificatur: dicitur ciuitas dñi custoditur. Sicut enim in materialibus primo ædificatur domus, postmodū alijs accrescentibus ædificijs resultat ciuitas: sic etiam in spiritualibus primo iustitia & angusta deo in homine conuerso efficitur habitatio. Quo proficiente per omnes animæ vires & coporis sensus, deo ciuitas assignatur, vt etiam veraciter de illo iam dicatur illud Psalmi: Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Verum quātumuis homo bene inchoauerit, & excellenter profecerit: semper tamen redire debet ad considerandum propriam insufficientiam, & domini in se gratiosam operationem, vt iugiter sibi ipsi vilescat, & nunquam de donis dei, quasi ea non acceperit intumescat, neq; ceteros aspernando de bonis collatis, instar pharisei, inaniter se iactet, sed diuina beneficia recognoscat. Quia quod nunquam est obliuiscendum, nisi dñs ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Quapropter Apostolus monet: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Quod ante iam monuerat, dicens: Quemadmodum scriptū est: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Et Psalmista: In domino laudabitur anima mea. Frequenter scriptura monet, ne quis in seipso gloriatur, quia rouit spiritus sanctus q̄ inordinatus amor sui ipsius, hominem vanum facit ad gloriandum inaniter de rebus non suis. Vnde continuando Psalmum humilitatem exaggerat dicens:

**Vanum est vobis ante lucem surgere.**

Hæc est lux gratiæ gratum facientis, quæ constituit hominem in consortium diuinæ naturæ, vt dicit Petrus: Maxima & preciosa vobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ex isto lumine gratiæ deriuantur virtutes infusæ, fides

Lucæ 18  
2. Cor. 19

1. Cor. 10.  
Ierem. 9  
Psalm. 33

1. Petri. 2



spes, charitas, & reliquæ, sicut enim lumen naturale  
 rationis est aliquid præter virtutes acquisitas, quæ di-  
 cuntur in ordine ad ipsum lumen naturale: ita etiam  
 ipsum lumen gratiæ (quod est participatio diuinæ na-  
 turæ) est aliquid præter virtutes infusas, quæ à lumi-  
 ne illo deriuantur, & ad illud lumen ordinantur.  
 Sine hoc lumine vel luce omnes homines in tenebris  
 sedent. Ad quos illuminandos venit lux vera Iesus  
**C H R I S T V S**, in tenebris lucens, & salubri Iohan. 1  
 ter illuminans omnem hominem saluandum, tam in  
 veteri quam in noua lege, quia Christus Iesus heri & Hebræ. 13.  
 hodie ipse & in secula. Quia ratione diuinitatis &  
 in eo quod est emanuel, homo deus, nobiscum deus,  
 meritum eius & gratia, per quam omnes homines  
 saluantur, & sine qua nemo saluatur, extendit se ad  
 omne tempus. Et ipse est dominus solus author gra-  
 tiæ, sicut scriptum est: Gratia & veritas per Iesum Iohan. 2  
 Christum facta est. Sine hac luce gratiæ nemo vnq̄  
 surgere potuit ex voragine peccatorum, quibus omnes  
 inquinati sunt, cum nemo mundus sit à sorde, vt dici  
 tur in Iob: Quid est homo vt immaculatus sit & vt Iob. 15.  
 iustus appareat natus de muliere? Vbi alia translatio  
 habet: Nemo mundus à sorde, neque infans, cuius est  
 vnus dies vita super terram. Quæ verba maxime lo- Psalm. 30.  
 qui videntur de peccato originali, in quo omnes cõ-  
 cepti sumus. De actuali vero scriptum est. Non est  
 homo iustus super terram, qui faciat bonum & non  
 peccet. Et Iacobus dicit. In multis offendimus oēs. Et  
 Iohannes: Si dixerimus quia peccatum non habet-  
 mus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.  
 Ideo veritas eterna orare nos docuit: Dimitte nobis  
 debita nostra. Quod si uole oraret, qui peccata nõ  
 haberet. Ipse vero **I E S V S C H R I S T V S** est  
 solus qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus  
 in ore eius. Insuper ipse est agnus **D E** I qui tollit  
 peccata mundi. Vanum est igitur velle ante  
 Iohan. 1.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

ante lucē gratiæ surgere à peccato originali, vel actu  
ali & proprio, quæ à sola dei liberalitate homini in-  
funditur, eumq; per meritum Christi saluat. Hæc em̄  
gratia donum dei est, & non nostræ naturę. Imò  
nemo potest eam mereri, præ nimia sui preciositate,  
quia ipsa est preciosior anima rationali, & pure hu-  
mana ac angelica natura, cum sit participatio diuinę  
naturæ, sed non est melior in modo essendi, cum sit  
accidens. ¶ Quamuis ergo ante lucem gratiæ sur-  
gere nequeat, nemo tamen debet in fecibus peccato-  
rum suorum permanere, sed concito ad vocem admo-  
nētis surgere, ne hæreditate domini priuetur, & cū  
desperatis & in peccato perseverantibus damnetur,  
& confundatur cum loquetur inimicis suis in porta.  
Vnde spiritus sanctus profequitur.

**Surgite postquam federitis, qui manduca-  
tis panem doloris.**

Surgite, sed non ante lucem, secundum præmissa, sed  
postquam cognoueritis humiliter sessionem vestrā  
in peccatis & statu perditionis, nec vos posse surge-  
re ad æternam salutem, nisi per lucem gratiæ præ-  
uenientem & consequentem. Gratia enim præuenit  
vt peccatorem in statū salutis ponat. Consequitur  
eum vt iam operari posset bona meritoria cooperetur, si-  
ne qua nec operari posset bona meritoria nec vsque  
in finem perseverare, cum tamen perseverantia sum-  
me necessaria sit. Consideret igitur humilit̄, volens  
in statum salutis surgere, illud Osee: Perditio tua Is-  
rael ex te est, id est, ex demerito tuo, siue primorū pa-  
rentū, siue proprię volūtatis: tantūmodo in me auxi-  
liū tuū, scilicet ad subleuandū te in statū salutis. Et  
hoc est auxiliū Christi p̄ lucē gratię. Vnde ait Apost.  
Prop̄ qđ dicit spiritus sanctus: Surge qđ dormis, scz in  
peccatis computrescendo: & exurge à mortuis, id est  
excute te ipsum à mala societate & ab his qui mortui

Osee. 13

Ephes. 5



sunt per peccata & te ad illa pertrahunt: & illumina-  
bit te Christus, per fidem charitate formaram. Ipse  
enim est lux & saluator mundi. Vnde scriptum est:  
Nec enim est nomen aliud sub cælo datum homini-  
bus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et iterum: Hūc  
principem & saluatorem deus exaltauit dextera sua  
ad dandam pœnitentiam Israel & remissionem pec-  
catorum.

¶ Surgite ergo per lucem gratiæ suæ (qui manduca-  
tis panem doloris) Panem doloris comedunt peccas-  
tores in exercendo peccata. In quo exercitio viderur  
ipsis, quod reficiantur quasi ex pane in carnis volu-  
ptatibus, in impēis honoribus, in iræ, inuidiæ, vindi-  
ctæ, & ceterorum viciōrum executionibus. Et sic vi-  
uere reputant vitam. Vnde talem vitam exercen-  
tes dixerūt, quasi impij, cogitantes apud se non recte  
Hæc est pars nostra: & hæc est fors nostra, id est, vi-  
ta quam prælegimus. Et non aduertunt miseri se  
lethiferū venenum deuorare, quod spoliat eos vita  
gratiæ & gloriæ. Vnde A V G V S T I N V S  
supet Iohannem: Panis in fastidio est, & placet vene-  
num. Iste panis dicitur panis doloris, quia innume-  
ros dolores inducit. Ipsa enim peccata in seipsis la-  
bores & dolores continent, aded, vt peccatores ipsi  
maiores labores faciant & dolores sustineant pro-  
merendo infernum, quàm dei amici, pmerendo æter-  
nam salutē: vt patet in luxuriosis, adulteris, auaris,  
rapacibus, & similibus. De quibus recte dicit in lib. Sapi.  
Lassati sumus in via iniquitatis & pditionis, &ambu-  
lauimus vias dfficles. Quod si lassati voluerint ab  
iniquitate requiescere, nō permittitur eis. Nam impe-  
diuntur vel à socijs, vel à mulieribus, vel ab ipsa sua  
mala inclinatione & cōsuetudine peccandi. Iuxta  
illud Hiere. Lassus non dabatur requies. Sunt & alij  
grauiores dolores peccatorum in purgatorio vel in-  
ferno tolerādi vel certe in p̄senti vita ab his quibus de-

Actu. 14  
Ibidem 5

Sapient. 2

Augustin.

Sapient. 5

Threno. 5

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

Gregor.  
Triplex  
pœnitētia

pœnitare dignat, vt hic purgentur per aduersitates, in  
firmitates, & pœnas plerumq; grauissimas, aut saltē  
per amerosam pœnitentiam, que cōtinet dolores ma  
ximos de peccatis pœtratis, qbus dolor similis non  
comparatur in anima intellectuā. Ecce q̄ veraciter  
dicantur peccatores manducate panē doloris. Est in  
super notandum, q̄ est quedam pœnitētia infructuo  
sa, vt in damnatis, teste Gregorio in Homilia. Est &  
alia pœnitentia moralis, qua per dictamen rationis  
homo dolet de turpi opere. Et hæc etiam inuenitur  
in gentilibus & ethnicis: non tamen esiprosus inuti  
lis, sed disponit pœnitentē ad surgendū ex peccatis  
suis. Tertia est pœnitētia sacramentalis, quam pecca  
tor libens & volens assumit. Hæc initio cōmunter  
est imperfecta & insufficientis ad reconciliationem di  
uinā: sed perficit in absolutione sacramentali ex vi sa  
cramenti, si ipsa absolutio nō fiste recipitur. Perfecta  
vero & sufficientis, tunc & pfectissī, pœnitētia, q̄ sui ma  
gnitudine delet & peccatū & pœnas peccato debitas.  
Habet cū dolores, p peccatis in aīa maximas. Huius  
doloris panē manducāt q̄ a peccatis surgunt. Dicant  
scrupulosi, q̄ amari panē ederunt, resurgētes a pecca  
tis in recordatione p̄teritorū & reiteratione cōfessi  
ōnis eorū. Hunc panē acerbissimi doloris dat deus sur  
gentibus a peccatis in bonū sp̄orū, donec alliget cōtri  
tiones eorū. ¶ Postquā peccatores surrexerūt a pecca  
tis suis p lumē gratiē, tūc edificāt domum & ciuitatē  
deo & culto diūt eā ex lumie gratiē primo moti & ad  
iuti. Et gratia cooperāte bonis studijs eorū: tandē ve  
niūt ad mercedem. Ideo sequitur in Psalmo.

Cum dederit dilectis suis somnum, ecce  
hæreditas domini.

Surgentes peccatores a peccatis suis dicuntur hæredi  
pitas domini: sicut filij Israēl in scripturis frequētis  
sime hæreditas domini nomināt, q̄a possidebant dei



hæreditatē: sic humiles resurgentes à peccatis, dei hæreditatē possidebunt, q̄a taliū est regnū cælorū. Sunt em̄ tales per lucē gratiæ & virtutes ex ea procedētes, p̄cipue per fidē, sp̄s & charitatē, facti filij dei. Si autē filij dei, & hēredes: hæredes quidē dei, cohēredes autē Christi. Dicūtur vero tales filij dei, nō p̄ naturā, sed p̄ adoptionē & regenerationē: quā accipiūt baptisati sicut modo geniti infantes, vt ait B. Petrus: & p̄ gratiā gratū facientē, p̄ quam consortes efficiūtur diuinitate nature ex merito & morte Christi, q̄ p̄pterea mortuus est, vt filios dei, q̄ erant dispersi, congregaret in vnū. Quapropt̄ spiritus sanctus in isto Psal. appellat hēredes domini filios dicens (filij) quasi diceret: Hēredes domini, i. hēredes sunt filij. Et vnde habeant filiationē, adiungit dicens:

Matth. 30

Iohan. 1  
Roma. 8

1, Petri. 2

Ioha. 11

**merces fructus ventris.**

Quia sc̄ sunt merces & mercedes mortis illius q̄ secundū humanitatē est fructus ventris. Cuius v̄o mulieris ventris fructus sit, notissimum est nunc fidelib⁹ Christianis, videlicet virginalis vētris castissimę virginis & matris Marię. Et dicitur Christus sc̄dm humanitatē fructus ventris, q̄a substantiā carnis ex vte 10 matris suscepit. Quia tamē eadē mater vtramque naturā, diuinā scilicet & humanā, in vna persona peperit, ipsa est vera mater dei & hominis. i. Christi seu emanuelis. Subiungit autem spiritus sanctus modū p̄ quē quis qui iā ex peccatis surrexit, ad mercedem tutus & gaudens peruenire possit, dicens.

**Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum.**

Quasi diceret: filij prædicti, scilicet ipsius C H R I S T I, qui excussus est ab omni inordinato amore & ab omni quod possit impedire liberum accessum ad deū, docuit viā perfectionis & diligere deū ex toto

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

corde. Et Apostolorum doctorumq; sanctorum filij, qui similiter excussi (licet non adeo perfecte, vt Christus) eadem docuerunt, esse debēt sicut sagittæ in manu potentis. Potens enim sagittarius eligit sibi sagittas perfectas, ne ictum frustratum faciat. De quo laudatur Ionathas: Sagitta Ionathæ nunquam abiit retrorsum, id est, sine vulnere. Et hoc vtiq; erat gaudium sagittas mittentis: Sic filij Christi domini & Apostolorum atq; doctorum debent esse perfecti in diuino amore, & in omnibus vjjs suis, ne sagittando faciant labores & actus virtutum inanes, sed semper vulnus insigant validum, sicut potentes sagittarij, in cor dei. Iuxta illud: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Hæc autem sponsa est ecclesia, & quilibet anima perfecta, quæ vulnerat cor dei vulnere amoris. Loquitur enim scriptura secundum modum amanti: um. Et reuera sicut interdum naturaliter vel carnaliter amantium corda ex nimio amore vulnerantur, (quod historix docent) ita deum amantiū corda vulnerantur. Et hoc maxime in contemplatiuis, vt patet in libro Henrici Herp & aliorum. Recepi ipse intra paucos annos scripta, quibus insinuabatur, quoddam amator dei ex amore mortuus fuit. Cor em̄ qd est instrumentū vel membrū animę aprū ad amandū (sicut oculi ad videndū & aures ad audiendū) dū valido amore dei inflāmatur, exultat, aperit & vulneratur: quemadmodū cætera mēbra & instrumenta per excessiuum actum debilitātur. Quapropter Chrysostomus in homilia de diligendo deum ex toto corde, hūc amorem appellat quodammodo carnalē. Sed hanc materiam longius prosequi intermittens, dico qd cor dei vulneratur per sagittas perfectorum hominum, quando actus virtutum exercent in feruenti amore dei. Dicitur autem cor dei vulnerari humano modo loquendi, non qd patiatur aliquam mutationē aut passionem, quam patiuntur homines amantes:

3. Reg. 1

Cantic. 4



sed q̄ habeat occasionem ex amore hominis eidem amoris beneficium præstandi, qui nihilominus omnibus creaturis generaliter influit suæ bonitatis & amoris beneficia sine cessatione: Sagittæ prædictæ vehementer vulnerant, quando desideria nostri amoris ab omni re creata etiam ab actibus virtutum libera & expedita cū maximo feruore & aspiratione emittitur ad deum, quando scilicet igniculus amoris accensus est & iam soli dilecto deo loquitur, sagittando orationes & desideria ignita in deum, nec aliquid aliud attendit in vniuersa creatura, sed multiplicat desideria deo gratissima, dicens: O piissime deus, quando perfecte tibi placebo? Quando tu solus placebis mihi? Quando eris mihi solus vnice dilectus? Quando solus occupabis totam animam meam? Quando inuenies me absq; omni offensa tui? Quando inuenies cor meum mundum & excussum ab omni inordinato amore? Et similia multa. In qua iaculatione vel sagittatione purificatur cor ab omni creatura, quæ vel in minimo animam inquinare posset cum pleno consensu. His autem sacris sagittis resistere solet etiam inuito iaculatore scutū quoddam diaboli, quod tamē sagittæ potentis acutæ penetrare possunt, & progredi debet vsq; ad cor dei. Scutū istud prauū est amor sui ipsius, secundum sensualitatem vel malitiam voluntatis, qui semper quærit mollia & delectabilia secundum sensualitatem, aut exequi delectatur malitiam cordis sui in superbia, ira, inuidia, & alijs vitijs. De q̄ scuto scribitur in Threnis: Dabo eis scutum cordis, laborem tuum, id est, passionem, crucem, mortem, ne penetrentur iaculo prædicationis obdurata corda. De his prædicationis sagittis dicitur in Psal. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorū regis. Sagittæ, id est, prædicationes Apostolorum: cadent in corda inimicorum Christi. Verum nō omnia cura penetrauerunt, q̄a iuxta Apostolum non omnia

Orationes  
iaculato-  
riæ effica-  
ces.

Thren. 3

Psal. 44

2. Theff. 3

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

2. Thess. 3  
 Ysaïæ. vii. est fides. De his sagittis scriptum est: Mittam ex eis  
 tenentes sagittam, id est, prædicationem Apostolice  
 & cæterorum, vt manifeste ibidem sequentia innuunt  
 Sicut ergo scutum obdurationis obstitit sagittis Apo-  
 stolorum, ne Iudei & infideles ad Christum conuer-  
 rentur: sic scutum proprij amoris impedit, ne sagit-  
 tæ amantis potenter ad cor dei perueniant. Igitur  
 sciat omnis amarus sagittarius, quod si obtulerit  
 aut inhaferit affectui suo vel modicum aliquid, quod  
 p amore dei relinquere non potest, sagitta reddetur  
 inualida & nihil operabitur, sed sagittanti suam iner-  
 tiam ostender, & impotentiam. In exercitio de effu-  
 sione cordis in primo libro capite decimoquarto scri-  
 psi hæc fusius, vbi particulariter tanguntur ea, in quibus  
 amator se debet deo conformare. Hic scrupulosus  
 & plusquam oportet timentibus paratur magnus la-  
 queus, qui indifcrete volunt omne diuinum beneplacitum  
 adimplere: non intelligentes quid sit diuinum  
 beneplacitum, & offerunt plusquam necessarium est  
 iuxta illud: Plus offert populus, quam necessariū est  
 Imperfectis vero generatur labor & dolor, dum vo-  
 lunt perfecte se deo conformare & omnia propter  
 deum relinquere, & expediti in deum tendere, & nõ  
 possunt. Vnde in tali actu tristitia inutilis generatur  
 & capitis dolor: quod frequenter expertus sum. Ho-  
 mines vero sectantes mundum & carnem, & non in-  
 telligentes hanc materiam, desiderant eam & putant  
 esse insaniam, & perditionem temporis, & omissionem  
 bonorum studiorum: cum tamen nunquam fru-  
 ctuosius expendatur tēpus nec quicquam melius agi pos-  
 sit his nobilissimis & preciosissimis studijs. Quapro-  
 pter diligenter intelligatur, quod in Psalmo sequitur.  
**Beatus vir qui impleuit desiderium suum  
 ex ipsis.**

Vere per omnia beatus in via, spe æternæ beatitudi-



## DE BON. DIVIN. LIB.III. Fol.4.36

nis, qui impleuerit desiderium suum præfatis amoris sagittis. Quod tamen sane intelligendum est & distinguendum. Quidam enim habent desiderium aliqui rei, quam tamen non adipiscuntur: sicut pauper videns diuitias vel cibaria diuitum, habet desiderium plenum habendi ea, si posset. sed vacuus manet. Et multi habent desiderium plenum faciendi hoc vel illud: sed nunquam perficiunt. Diuites vero comedunt & bibunt & implent desiderium suum. Et multi ea quæ desiderant perficere (vt est ædificare domos, plantare vineas) perficiunt, implentes desideria sua. Pari modo inueniuntur, qui dicunt: Habeo bonum propositum emendandi vitam meam & sancte vivere, iuxta mandata & beneplacita dei: sed adhuc non possum illud facere. Non possunt quippe venire ad nuptias, quia habent videre villam, probare iugum bonum, aut quia duxerunt uxorem. Alij manifeste dicunt In fine vitæ volo me totaliter ad deum conuertere. Imo quidam iam conuersi ad deum, sed tepide viuentes (quos consuevit dominus euomere ex ore suo, quos valde multos dolenter inspicimus) dolent (quod etiam fateri non erubescunt) se seculum reliquisse. Tales omnes non sunt beati, sed miseri. Nec de tali impletione desiderij loquitur P S A L M V S: sed de illis, qui accensi diuino amore sagittas amoris potentes mittunt in cor dei, secundum quod supra declaratum est, in tanta abundantia & frequentatione vsque ad satietatem & plenitudinem desiderij, ita quod satisfecerunt desiderio suo. Quod tamen non finitur in hac mortalitate, licet quandoque interpoletur, sed durat vsque ad finem vitæ. Et ab illo in gloria crescit in infinitum licet in alia forma quam hic: quia ibi non erit malum quod auferatur: nec deest bonum quod petatur vel expectet. Beatus vir qui ita impleuit desiderium suum ex ipsis, quæ

Lucæ, 14.

Apocal. 3.

D. PETRI LEYDIS CARTHVS.

non confundetur, cum loquetur inimicis  
suis in porta.

- Hoc est, in iudicio particulari, quod seruatur in exitu  
anime cuiusq; hominis: siue vniuersali, quod serua-  
bitur post mortem omnium hominum in fine seculi.  
Porta enim locus fuit iudicij antiquis temporibus, vt  
patet in multis scripturę passibus. Vnde super illud,  
Prouer. 31 Nobilis in portis vir eius, dicunt doctores: Veteres  
in portis sedebant ad iudicandum, vt venientes para-  
tum continuo responsum iudicantis acciperēt, & ru-  
sticos insolita vrbis edificia non stupefacerent, nec  
frequens litigantium controuersia vrbis pacem tur-  
baret. Talis ergo non confundetur, cum loquetur in  
porta inimicis suis, id est, accusatoribus demonibus,  
vel peccatis perpetratis, quia charitas operit multi-  
tudinem peccatorę. Ecce quam bene docet hic psal-  
mus modum perueniendi ad bonam mortem: & eam  
non timere. Primo per veram humilitatem, quę est  
fundamentum omnium virtutum, & perficit viam  
planam, id est, charitatem quę est perfectio earundę  
& tollit illa duo supradicta, quę faciunt mortem ter-  
ribilem. Amor enim facit confidere de presentia a-  
mati. Ideo dicit beatus Iohannes: In hoc perfecta est  
charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iu-  
dicij. Vnde per hoc ostendimur perfecte deum dilige-  
re, si aduentum iudicij eius non timemus: Qui enim  
timet non est perfectus in charitate. Diligamus ergo  
diuinam bonitatem, vt sine timore hinc transeamus  
ad æternam felicitatem, Amen.

¶ Hic supradictus venerabilis & deo deuotus pa-  
ter, & scribendi, & viuendi finem fecit, atq; quo d ver-  
bo docuit, exemplo monstrauit, Anno 1536. ip̄s feris  
is diui Hieronymi, circiter horam decimam, ante me-  
ridiem.



EDIDIT IN LVCEM, PRAETER EA  
quæ nunc damus, venerandus iste pater quædam nõ  
spernendę lectionis in vtroq; idiomate opuscula, cõte  
platiuis deoq; dicatis perq; vtilia atq; adeo necessaria

Directorium contemplatiuor; vere aureũ ab Henri  
co Herp germanice conscriptum latinitate donauit,  
pręfigens pręfationem insignem pro rudium institu  
tione: Gratia. &c.

Candelam euangelicam: Disputationis immodica.  
Assertionę purgatorij, cultus sanctorum, &c. Quo  
niam multi hodie. Eundem quoque germanice.

Enchiridiõ simplicij sacerdotũ: Homo quidã fecit  
Directorium paruũ contemplari inchoantiũ: Per  
sona quædam.

De indagine religionis: Deus hominẽ condidit. Eũ  
dem quoq; germanice.

De vario modo adorandi deũ, sanctos, & homi  
nes: Adorare sicut nunc sumitur. Eundem quoque  
germanice.

Librum precationũ ad deum & sanctos: Exercitiũ  
quoddam mentale.

Sermones, collationes & epistolas varias.

¶ Paragrammata siue errata libri,

60. 62. 64. 65. 66. deinde vsque ad finem corrigendus  
in folijs numerus.

Folio 15. facie. 1. 26. Deus ergo rogandus. 41. 1. 26. con  
fiteor patrem. Ibi. 2. 32. per quod. 52. 1. 10. quid sit con  
lor. 59. 1. 6. impediatur, Ibi. 2. 29. intentissime. 71. 1. 15  
conuenientis. 72. 2. 31. satagite. Ibi. 33. insolitos. 74. 2.  
21. laudes. 116. 1. 25. viuentes. 118. 1. 34. laborantibus.  
130. 1. 3. ferretur. 154. 2. 31. contrariam habet. 161. 2. 29  
clarissime. 21. 2. 29. die. 215. 2. 18. peccato originali. 239  
1. 2. pudori. 278. 2. 35. actiones. 280. 2. 31. modulo. 314.  
2. 36. excu(er)ptius. 332. 2. 11. percipiat. 336. 1. 28. cus  
ram rerũ. Ibi. 2. 10. de decollatione. 353. 2. 13. sedentes  
ui, Ibi, 15. Idem testatur. Finis.

**APOLOGIA BREVIUSCV**  
**la pro opusculis D. Petri Leyden, alijſq;**  
**pietate ſimilibus, Giſberti Blocho**  
**nij Carthuſiani.**



Olent mihi, pie lector atq; in Chriſto  
 frater, nonnunq̃ mouere ſtomachum  
 (vt dicam aperte, quod res eſt) qui lite  
 ras oēs quas bonas aut poliores dicūt  
 (vti ſunt) veluti rem inutilem ac ſuper  
 uacaneā, aut etiam noxiam, reſciunt,  
 exhibant atq; explodunt: quibus certe literis priſcos  
 illos ſanctimonia atq; eruditione ex æquo ſuſpicien  
 dos Theologos debemus, quibus obloqui dicas ſum  
 mo Ioui obſtrepere. Verum non paulo grauius eos  
 peccare exiſtimo, qui literarū humanorū cognitiōe  
 turgidi, ac ſupbi ea q̃ pia ſunt ac Chriſtū ſpirantia,  
 ſi deſit verborū faſtus ac lenociniū, oīa vt petē auer  
 ſantur ac conſpuunt. Delinquitur, fateor, vtrobīe  
 q; ſed hic q̃ illic longe grauius. Quir ita decernā, nō  
 eſt graue dicere cauſā, vt inquit ille. Rhetorū pigmē  
 tis, ſuauiloquio, amœnitate, acrimonia, cæteriſq; ſer  
 monis delitijs facile etiam peſſimus quiſq; capitur,  
 atq; adeo homo *ἄθεος*, id eſt, ſine deo: id quod certū  
 ſcio, at amor *γραφῶν θεοπνευστῶν*, id eſt, ſcri  
 pturarum diuinitus inſpiratarum, is demum arguit  
 ſiue probat vere Chriſtianum ac ſanum pectus. Si q̃  
 inquit ſeruatur, diligit me, ſermones meos ſeruabit.  
 Animalis homo, inquit in Corinthijs diuus Paulus,  
 non percipit ea que ſunt ſpūs dei: ſtultitia em̄ eſt illi:  
 ſpūalis aut̄ homo diiudicat oīa. Fateor quidem, ſi q̃  
 copulare poſſet *ἐκότερον*, id eſt vtrumq; is profeſto  
 perfectus eſſet vir, atq; illud quod in epiſcopo poſtu  
 lar diuus Paulus *διδακτικὸς*. i. ad alios docendū de  
 xter & egregie apparatus: ſed ſi in altero, ſit peccādū




pluris est apud me pietas vel illiterata, q̄ vana atq̄ in  
flata eloquentia, Non ego tāti facio Ciceronis aut De  
mosiſhenis Philippicas, quati sermones D. Iohannis  
Tauleri allemānicos, aut libellos D. Ioh. Rufberi, eti  
amſi infantiffimos. Huius meæ ſentētiæ authorē ha  
beo grauiſſimū, & q̄ maiorē non cuperē, Iohannem  
Picū Comitē illum Mirandulanū inter ingenia natu  
ræ prodigium, q̄ pluris faciebat minutulum quantus  
lumcunq̄ ſeniculi vel aniculi affectū in deum, q̄ oēm  
ſuam diurnarū humanarūq̄ rerū cognitionē: vt Fran  
ciſcus Picus habet in vita auiculi. Et quis adeo ve  
ſanus eſt, q̄ malit ex Neronis capedine (q̄ Plinius 300  
feſtarijs æſtimat) vappā aut venenū bibere, q̄ ex va  
ſculo ſanio vinū ſalubre & innoxium: ita dubio pro  
cul præſtat ex libro ſtylo ſimplici conſcripto diſcere  
pietate atq̄ innocentia, q̄ ex Plauto, Terentio, aut  
Ouidio & his negotiis ea imbibere, q̄ etiā extremā  
tuā caniciem dehoneſtent atq̄ cōmaculēt, neq̄ tamē  
eiſcere poſſis. Poſtremo, vt delicati palati eſt. nō ni  
ſi Cretica, aut ē Campania Maſſici vina ſuſpirare:  
ita ſatidiōſi ingenij eſt, oīa p̄ter Baſilios, Nazianze  
nos, Hieronymos, & Ambroſios, & cæteros q̄s vix  
intelligere poſſis, reiſcere. Quapropt̄ monitus ſis, pie  
lectoꝝ, vt hos patris noſtri nup̄ vita defuncti ſacros  
labores obujs vlnis excipias, locatur⁹ in eis euoluē  
dis operā (Chriſto aſpirāte) non pœnitendā. Præter  
variā eīm reꝝ cognitionē, habet igniculos, q̄bus fr̄s  
gida pectora incaleſcāt. Quibus potiſſimū ſub noctē  
erit vtē dū, q̄ ſacras vigilias p̄cedit, ne tepidi, nauſea  
bundi, & ſomniculoſi dño aſſiſtamus: ſed iuxta diui  
Bernardi monita, lubentes, alacres, ac feruidi. Si hu  
ic patri contigiſſent tempora magis felicia, haberes  
(mihi crede) authorem terſum & elegantem: ea fuit  
in viro naturæ bonitas atq̄ ingenij viuacitas. Ve  
rum hoc in re tam ſacra anxie quærere ſit impium,  
Vale, & fruere, E ſilentis Carthufianis. Colonie 1537.

FINIS.







the scale towards document

ana atq; in  
 nis aut De  
 Iohannis  
 Lufbeti, eti  
 uthor ē ha  
 Iohannem  
 enia natu s  
 n quantu s  
 um, q̄ oēm  
 ē: vt Fran  
 s adeo ve  
 linius 300  
 e, q̄ ex va  
 dubio pro  
 ro discere  
 ntio, aut  
 ā extremā  
 neq; tamē  
 est. nō nis  
 suspirare:  
 Nazianzes  
 os q̄s vix  
 us sis, pie  
 ſti sacros  
 is euoluē  
 ā. Pręter  
 gbus fr̄is  
 ub noctē  
 di, nausea  
 uxta diui  
 di. Si hu  
 , haberes  
 n: ea fuit  
 tas. Ves  
 impium,  
 onię 1537.